



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

3. Quis sit pater, cùm sciat defectus filiorum, cur tamen ab illis vult exorari

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

ego sum, vbi est timor meus, dicit Dominus exercituum? Nihil enim abominabilius filio proteruo erga parentes, quos etiam Dominus occidere iussit Deut. 21. Multo peiores sunt filij proterui & inobedientes erga Deum: illi enim punientur morte æterna, id est, damnatione. Si non longam vitam habebunt inhonorantes parentes, Exod. 20. neque æternam habebunt illi, qui Deo non obediunt, & plurimum gloriantur de patre & Euangelio.

3. Tertiò, quia pater libenter audit loqui filium suum, & sæpè dat occasionem illi vt loquatur, & vult etiam pater, vt filius petat ipsum pro re necessaria humiliter: in hoc enim agnoscit filius patrem superiorè illi, & honorat ipsum, sic Deus pater noster in cælis vult vt ipsum alloquamur, & hoc fit per orationem: nam cum oramus, tunc cum patre Deo nostro loquimur: quando verò audimus vel legimus scripturam vel Euangelium, tunc ipse nobis loquitur. Ob id etiam Apostolus Rom. 15. inquit: *Quæcunque scripta sunt, &c.* Et quia orare Deum patrem, est cultus diuinus & honor quem illi debemus, ibi eum agnoscimus omnium datorem: ideo scriptura vbique iubet orare Psal. 49. *Inuoca me in die tribulationis.* Matth. 7. *Petite, & accipietis,* Ioan. 16. *Luce 18. oportet semper orare &c.* Igitur quauis pater sciat nostra necessitatem antequam petamus eum, Mat. 6. *scit enim pater vester &c.* vult tamen vt illi loquamur per orationem, vt debitum cultum ei impendamus, vt præceptum eius impleamus, quia iussit petere. Ipse enim Christus in primis docet nos petere in nomine suo, Ioan. 16. vt certi simus de exauditione: nam pater sic honorat filium, vt nihil propter ipsum deneget. At hoc est petere in nomine Christi, quando hoc petimus, quod ille iussit nos petere, vt dicendo: *Pie Deus & pater, ego hoc à te peto, & hoc non facio à meipso: dilectus enim filius tuus iussit & præcepit mihi, ideo si exaudis me,*

L  
dis me, et  
nostrum I  
exaudis fil  
stolus de  
mus ad D  
voluntate  
nos audit  
mus quod  
ter factus  
ta non de  
Deus cura  
vllus pate  
si filius ei  
&c. & add  
lis, dabit b

DE

1. Quo  
in m  
2. In q  
3. Quo  
tun



ius. Hoc n  
test a nobi  
nobis aute  
tamus. Ma



dis me, etiam audis dilectum filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum: quod si me non audis, nec exaudis filium tuum. Sic enim i. Ioan. 5. dicit Apostolus de tali oratione, Hæc est fiducia quam habemus ad Deum, quodcunque petierimus secundum voluntatem eius, audit nos. & quoniam scimus quod nos audit, ideò etiam scimus quod hoc impetrabimus quod petierimus. Et quoniam Deus nobis pater factus est propter mortem filij, ideò anima turbata non desperare, sed consolari se debet. Ipse pater Deus curam nostram plus habet & diligentius, quam ullus pater terrenus, sicut patet Matth. 7. Quis vestrum si filius eius petierit panem, illi lapidem daturus est &c. & addit: quanto magis pater vester qui est in caelis, dabit bona si postulaueritis ab eo?

## DE SANCTIFICATIONE

nominis sui.

## CAPVT XXVI.

## ARGVMENTA.

1. *Quomodo oporteat nomen Dei in se sanctum, in nobis etiam sanctificari.*
2. *In quibus rebus dehonatur nomen Dei.*
3. *Quod sit premium pie, & quod male tractatum nomen DEI.*

**N**omen Dei in se sanctum est. Sic enim inquit propheta Psal. 53. Confitebor nomini tuo Domine, quoniam sanctum est, & Psal. 110. sanctum & terribile nomen eius. Luc. 1. Et sanctum nomen eius. Hoc nomen in æternum sanctum erit, & non potest a nobis nec magis nec minus sanctificari in se. In nobis autem vt sanctificetur, docuit Christus vt petamus. Matt. 6. Primò scilicet, vt nos sanctificet nomen

men